Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XLI

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Et ſuper omnem principatum et virtutem
et ſuper omne quod nominatur in hoc ſeclo
et futuro. Per aquilas enim multitudinem an-
gelorum et ſanctorum vniuerſorum oſtendit.
Ideo enim ſancti aquilis aſſimilantur quia ſicut
filii aquilarum ad ſolem probantur vt ſiq-
dem recto aſpectu intendere potuerint contra
radios ſolis intelliguntur eſſe legitimi ſi aut
non potuerint cognoſcantur adulterini ſic
et filii dei ad xpi iuſticiam probantur. Si enim
potuerint pleno corde iuſticie eius verba
ſuſcipere intelliguntur eſſe legitimi. Si aut
non potuerint cognoſcuntur de dyabolo ge-
nati hec Criſo. Cum ergo aduentus xpi
erit ita publicus et manifeſtus et generalis ad
modum et quantum ad locum ideo ipſe non indi-
get preconibus et nunciis talibus qui vobis
annuncient dicentes ecce hic vel illic eſt xpc
igitur nolite talibus credere. **Oratio**

Domine ihu xpe pie da michi vſ
mundi abhominacionibus et ſeuie-
tibus tribulacionibus ad montes et culmina
virtutum fugere et in celeſtibus conuerſando
de ſpirituali ſublimitate ad carnalia deſi-
deria et actus priſtine conuerſacionis mu-
dane non deſcendere vel me inclinare et in
anteriora me extendendo et pro fructu bono-
rum operum laborando in poſteriora et ad
temporalia quibus me exui non reſpicere. Da e-
ciam michi ut nullis ſeductoribus credens re-
gnum gracie quod intra nos eſt perdere querens
et ad regnum glorie perueniam. Amen.

De remediis temptacionum ſpiritualibus nouiſſimi temporis et periculis et de extaticis mentis in deum. xli. capitulum

Et quia ut dictum eſt ante
aduentum domini venient
multi pſeudo prophete i. ſila-
ti et falſi et ſeducent mul-
tos qui ante videbantur eciam perfecti ideo h
conſequenter ponuntur aliqua remedia contra
quaſdam temptaciones ſpirituales que iſto tempore
habundant ad probandum et purgandum
electos que in cordibus quorundam ſeminantur
a dyabolo et preparant locum antixpo. Dupli-
citer veniunt predicte temptaciones. Primo per
ſuggeſtionem et illuſionem dyaboli qui decipit
hominem in regimine quod debet habere er-
ga deum et in hoc quod eſt dei ſpecialiter per corrup-
tam doctrinam et modum viuendi aliorum q
iam venerunt per temptaciones huiuſmodi.
Propter quod oſtendendum eſt primo quomodo de-
bes habere regimen aput deum et ad id quod
dei eſt et poſt quomodo debes regi erga alios
quantum ad doctrinam et modum viuendi
eorum. Primum remedium contra temptaciones
ſpirituales iſtius temporis quas procurat dyabolus in
cordibus illorum qui volunt ſe dare deo per
oracionem et contemplacionem vel per alia opera perfectionis
eſt iſtud ut non deſideres viſiones aut reuela-
ciones vel ſentimenta que ſunt ſupernaturalia
et ſupra curſum illorum qui deum diligunt
et timent per veriſſimum amorem quia iſtud
deſiderium non poteſt eſſe ſine radice et fundamen-
to ſuperbie et preſumpcionis vel ſine intencione
alicuius vane curioſitatis circa ſecreta dei
vel ſine fragilitate et defectu fidei ipſe que
iuſticia dei dimittit cadere quod habet deſide-
rium huiuſmodi et venit quod talis in temp-
tacionem et illuſionem dyaboli. Per hunc modum
ſeiat dyabolus maiorem partem temptaci-
onum ſpiritualium iſtius temporis et radicat in cor-
dibus illorum qui ſunt nuncii antixpi prout
videre poteris in ſubſequentibus. Unde debes
ſcire quod vere reuelaciones et ſentimenta ſpi-
ritualia ſeruorum dei non veniunt per
antecedens deſiderium nec per aliquod conamen
ſeu ſtudium quod homo habeat in ſe ſed tantum
veniunt per puram bonitatem dei in animam
que eſt in magna humilitate et magno timore
ac reuerencia dei propter hoc ut homo habeat
viſiones et reuelaciones et ſentimenta ſupra-
dicta eſt habere in ſe radicem et fundamentum

et finalem intencionem quam habet antedictum desiderium et ex hoc in eodem derelictu venit homo in quo est per desiderium supradictum.

¶ Secundum remedium est quod in tua oratione vel contemplatione non sustineas in anima tua aliquam consolationem magnam vel parvam ex quo tibi videtur quod fundat se in presumptione et estimatione superbie tui ipsius et postquam ducit te in ambitionem tui ipsius honoris vel glorie sive istius vite sive alterius. Quia anima que se sentit in tali consolatione venit in plures errores et mala et deus per suum iustum iudicium permittit dyabolo posse augmentandi et accelerandi predictam consolationem et imprimit cum illa in anima falsissima et periculosissima sentimenta et alias illusiones quas anima imbuta dicta consolatione credit et reputat esse veras revelationes. ¶ Quot persone per istum modum sunt decepte. Et propter hoc caveas quod in tua oratione vel contemplatione non sustineas aliquam consolationem nisi illam que venit per perfectam notitiam et completum sentimentum tue vilitatis et imperfectionis et que facit perseverare dictam notitiam et sentimentum tui in te ac magnitudinem et altitudinem dei per altam reverentiam et cum magno desiderio honoris et glorie dei sic quod antedicta consolatio fundetur et totaliter sit in hiis predictis vel similibus aut equalibus. Et idem quod dictum est de divina consolatione intellige etiam de fervore et ardore perfectionis que possunt esse in eisdem modis. ¶ Tertium remedium est quod omne sentimentum quantumcumque altum et omnis visio quantumcumque secreta quecumque etiam sit si ducat te tamen in opinionem contra aliquem articulum fidei vel contra bonos mores et maxime contra humilitatem vel contra honestatem fugias eam et horrescas quia sine dubio ex parte dyaboli venit. Et si appareat tibi aliqua visio de qua sis certus quod veniat ex parte dei et quod illud quod dicit visio est placitum deo noli te firmare in dicta visione

¶ Quartum remedium est quod propter altam vitam vel propter magnam devotionem aut propter preclarum intellectum seu propter aliquam aliam sufficientiam quam vides in aliquibus personis non sequaris eorum consilia vel modos ex quo cognoscis clare et rationabiliter quod eorum conscientia non sunt secundum deum et veram discretionem per vitam ihesu christi et sanctorum imitatam et per sanctam scripturam in dictis sanctorum notificatam. Nec propter hoc timeas quod spernendo talia consilia dictarum personarum pecces per superbiam et presumptionem solum quod facias propter zelum et veritatis amore.

¶ Quintum remedium est quod fugias et vites familiaritatem et societatem illarum personarum que dictas temptationes seminant et diffundunt et illas personas que easdem sustinent et laudant et noli earum verba vel collocutiones audire neque eorum modos velis videre quia tibi demonstrabunt magnum signum perfectionis in pluribus verbis et modis per que si vis accipere et eos tamquam divinales sequi venies in pericula et precipicia errorum et inhonestorum morum eorundem. ¶ Post hec vide remedia que debes attendere circa aliquas personas que per suam vitam et doctrinam seminant dictas temptationes. ¶ Primum remedium est quod non habeas magnam estimationem visionum aut sentimentorum vel raptuum eorum. Immo si ducunt te in aliquid quod sit contra fidem vel contra scripturas sanctas aut contra bonos mores vel contra vitas sanctorum seu verba eorum sane accepta abhorreas eorum visiones et sentimenta tamquam stultas dementias et eorum raptus sicut rabiamenta. Tamen si ducunt in id quod est secundum fidem et secundum scripturam et secundum sanctos et secundum bonos mores noli spernere quia forsitan sperneres hoc quod est dei. Non tamen totaliter confidas quia sepe et maxime in temptationibus inducitur seu absconditur falsitas sub specie veritatis et malitia sub similitudine bonitatis ut dyabolus melius et sepe mortaliter

errorem diffundere. Et ideo uidetur plus placere deo quam visiones et sentimenta et raptus que secundum quod dictum est habent similitudinem veritatis et bonitatis diuinitas uere pro tanto quantum ualent nisi contingant aliquibus personis racione sanctitatis et humilitatis eorum probare certissime et manifeste de quibus esset certum et manifestum quod non posset decipi per illusiones uel ingenium dyaboli. Et tunc quamuis sit pium visionibus et sentimentis talium personarum consentire tamen securum est non totaliter per racionem veridicitatis credere sed solum quia concordant cum fide catholica et sancta scriptura ac bonis moribus et uita et uerbis sanctorum et cum hoc fundata super pdicta. ¶ Secundum remedium est quod nullam exposicionem scripture et uerborum sanctorum uelis accipere nisi concordaret uite ihesu xpi et sanctorum quod tamen intellige quantum ad illos nobis propositos ad imitandum non quantum ad admirandum priuilegia et singularitates eorum. Et istud dicitur contra aliquos nouicios seu discipulos antixpi qui palliant et defendunt suos errores et periculosos modos uiuendi exponendo sacram scripturam secundum eorum propriam affeccionem dicentes in exemplum aliquos excessus et singularitates quas aliqui sancti fecerunt. ¶ Tercium remedium est quod si per reuelacionem uel sentimentum uel per alium modum cor tuum moueatur ad faciendum aliquod opus et maxime opus graue uel notabile et non tibi consuetum de quo non habeas certitudinem an deo placeat sine et racionabiliter dubitas contrahas motum ad faciendum dictum opus usque quo inspexeris omnes circumstancias et maxime finales et cognoscas quod deo placeat non tantum quod tu iudices per tuam opinionem sed si potes per testimonium certum scripture vel per exemplum sanctorum patrum imitabile. Et bene dictum est imitabile quia secundum greg. aliqui sancti fecerunt aliqua opera in quibus non

debemus eos imitari quamuis essent in eis bona sed debemus ea habere in reuerenciam. Et si per te ipsum non potes uenire in noticiam an deo placeat uel non petas consilium a personis probatis in uita et doctrina et consilio totius ueritatis. ¶ Quartum remedium est quod si tu es immunis a pdictis temptacionibus sic quod numquam eas habueris uel quantumcumque eas habueris liberatus fueris dirigere cor et intellectum tuum ad deum recognoscendo humiliter graciam tibi factam et qua tibi misertus est super hoc facit. Et caueas tibi ne hoc quod per puram graciam et bonitatem dei habens uelis ascribere tue uirtuti uel sapiencie seu merito tuo aut moribus tuis nec quod factum fuit a casu seu a fortuna quia ut dicunt sancti hoc est principalius per quod deus beneficium sue gracie aufert et subtrahit homini et permittit eum subici temptacionibus et illusionibus dyaboli. ¶ Quintum remedium est quod te seu tuo corde existente in temptacione spirituali per quam es in dubio non incipias tua propria uoluntate ad notabile tibi inconsuetum ante sed tuum cor et tuam uoluntatem refrenando deprecans humiliter cum timore et reuerencia dei usque quo deus cor tuum clarificet. Quia si excundo in dicto dubio incipias ex tua propria uoluntate aliquid notabile et inconsuetum non passiones eorum ad finem bonum. ¶ Sextum remedium est quod propter temptaciones ante dictas si habeas non dimittas aliquod bonum quod tu incepisti dum in temptacionibus illis non eras et maxime non debes dimittere orare aut confiteri uel opera facere humilitatis hec consolacionem non inuenias in ipsis. Vnde scriptum est Adaue sit prosperitatis et gratie semina sit opus bonum et uespere sit aduersitatis et temptacionis ne cesset manus tua sit a seminando. Septimum remedium est quod omnes ymaginaciones et errores que te uenire faciunt quasi in dubium aliquid ueritatis expellas a corde tuo et a memoria tua cum summo studio et conamine tuum cor et intellectum conuertendo in puritate

et ueritate traditum nr̄e fidei et in uita ſanc=
torum et in ueritate ſanctarum ſcripturarū
de quibus ſi humiliter et diſcrete ad eaſdem con=
uerſus fueris potes lumen extrahere ad cer=
te cognoſcendum hoc in quo prius dubitaue=
ras Et iſtum modum debet homo tenere i temp=
tacionibus ſpūalibus que non ſunt de pncipa=
libus fidei articulis ſz de aliquibus ueritatib9
ipi fidei ꝑtinētibus ¶ Octauū remediū eſt q̄ te
exiſtente in antedictis temptacōibus habeas
firmaz et certaz ſpem q̄ de iſtis temptacōibus
deus te aliq̄d bonum adducet et cor tuū clari=
ficet et credas firmiter q̄ deus ꝑmittit te ue=
xe in ꝑdictas temptaciones ꝓpter exercicium
tue uirtutis et ut te humilies Et tamē ita ſe habeat
ſpes ſupradicta q̄ negligenciā non includat
in ea ſic q̄ tuum poſſe facias de expellendo a
te temptaciones ꝑdictas Et ſimilr̄ ſic ha=
beat credulitas ꝑdicta q̄ ſupbia non inclu=
datur ſz q̄ dubites q̄ ille temptaciones ueniant
ꝓpter tuaz culpaz ¶ Nonū remedium eſt q̄ ſi
habeas antedictas tēptacōes multū abſcon=
ſas et ſecretas non eas teneas ſz imo reuelas tu=
o ſapienti et diſcreto confeſſori et aliquibus
ſingularibus perſonis ſz non multis de quib9
ꝑpendere poſſis q̄ racione experiencie temp=
tacionū quas habuerūt uel racione ſue ſapi=
encie et ſanctitatis poſſūt tibi dare conſilium et
auxiliū ac conſolacōz Iſtud remedium commen=
dant multi ſancti quia narratur in uitis patrū
q̄ quidaz monachi qui per magnaz uitaz erant
alti quia contēpnebant conſiliū et auxilium
ſanctorum patrum ſup temptacōibus eorum
ueniebant ad finem malum Et contigit a=
liquibus aliis q̄ deo uolente ꝑdebant tēptaci=
ones ꝓpter eorum ſimplicitatem et humilitatem
quaz habebant in petendo conſilium et auxi=
lium ſup temptacionibus ſuis ¶ Decimum
remedium eſt q̄ ſi antedictas tēptacōes habeas
leua cor et intellectum tuum ad deum quere=
do humiliter hoc quod ei ſuit honorabilius et tu=
e anime ſalubrius ſup tua temptacōe ſubiac=
do tuaz uoluntatem uoluntati diuine ſic ut
ſi ſibi placet q̄ perſeueres in temptacione
ſimiliter et tibi placeat ſolum ut deum non
offendas ¶ Undecimū remediū eſt q̄ niſi per
aliaz uiaz poſſis euadere ꝑdictas tēptacōes
debes eas obliuiſci per quandaz negligenciaz
fugere et dimittere conſiderans q̄ non ſunt
temptaciones per dyabolum procurate ſz paſ=
ſiones et fragilitates ſeu debilitates que ſūt
cōmunes ſtatui huius uite ¶ Et quia ſup
et in ſeqn̄tibus multis modis hortatur dn̄s
ut uigilemus et ad incertum eius aduentū
nos preparemus ideo ut continue ad opa uirtu=
tum aſcendas uel ſaltem aſcendere uehement
deſideres ꝑoniꝰ hec conſequenter alique raciōes
per quas poteris ſentire pigriciaz et inhabilita=
tem boni quod incepiſti et cor tuū excitare et
mouere ad maiores perfectōes eiuſdē uirtutis
quaz non incepiſti ¶ Prima racio eſt quia
ſi aſpicias quomodo deus eſt dignus amari
et honorari ſcdm ſuaz bonitatem et ſapi=
enciaz et alias ſuas nobiles perfectiōes que
ſunt in eo ſine mō et ſine termino uidebis q̄
hoc quod credidiſti facere multum et magnū
ad honorem dei et ſecundum ſuaz uoluntatē
eſt minimū et q̄ſi nichil in reſpectu quod
debet eſſe ſcdm quod deus eſt dignus Iſta ro
[illegible] id circo ꝑmo ponitur quia pncipalr̄
debemus attendere in omnibus opibus nr̄is
honorem et reuerenciaz et amorem dei quia
in ſe dignus eſt amari et honorari per omnē
creaturaz Secunda racio eſt quia ſi attendas
q̄ deſpectus et uituperia q̄ egeſtates et penu=
rias q̄ dolores et paſſiones ſuſtinuit filius dei
amore tui ut ames deum et honores · cogites
quia paruum eſt quod feciſti ad deum amādū
et honorandum ſcdm hoc quod facere deberes
Iſta racio eſt altior et perfectior q̄ aliqua ſe=
quenciū et ideo ponitur ſcdo Tercia racio eſt
quia ſi cogitas innocenciaz et perfectionē
quaz deberes habere ſcdm dei mandatum ꝑ
quod teneris eſſe abſq̄ omni uicio et ſine

omni culpa et in plenitudine totius virtutis ſicut eſt quod deberes amare deum ex toto corde tuo et ex omni mente tua et ex totis viribus tuis videbis manifeſte infinitatem et diſtantiã in qua es a pfecta innocentia et perfectione ¶ Quarta ratio eſt quia ſi cogitas multitudinem et largitatẽ bñficiorum dei et graciarum corporaliũ et ſpiritualium cõmunium tibi et alijs vel que ſingulariter tibi ſunt date ſcncies quod hoc quod facis pter deum eſt nichil ad recompenſandũ dicta beneficia et gracias dei et maxie ſi dei liberalitatem attendas et bonitatem ¶ Quinta ratio eſt quia ſi cogitas altitudinẽ et nobilitatem remuneracõis et glorie pmiſſe et parate illis qui faciũt opa virtutũ ad honorem dei que gloria tanto maior dabitur quanto opera erunt virtuoſiora et maiora cognoſces pro tanto tuũ meritũ nichil eẽ in comparacione tante glorie et deſiderabis facere opa virtuoſiora quam ante feceras ¶ Sexta ratio eſt quia ſi attẽdas pulchritudinem et graciositatem quam habent virtutes in ſe et nobilitatem quã anima recepit per ipas virtutes ſi attẽdas eciã vilitatem et turpitudinem quã in ſe habent vicia et pctã et inobilitatem quã anima recepit per ea ſi ſapiens es ad amplius acquirendum virtutes et amplius fugere vicia et pctã quã vmq̄ꝫ conatus fuis ¶ Septima ratio eſt quia ſi attendas altitudinem et perfcõẽ vite ſanctorũ patrum vel eorum multas et pfectas virtutes cognoſces imꝑfectionẽ et infimitatẽ vite tue et operum tuorum ¶ Octaua ratio eſt quia ſi cogitas magnitudinem et multitudinem offenſarum quas feciſti contra deũ cognoſces quod omnia opa que facis quantũcũqꝫ bona nichil ſunt ad ſatiſfaciendum per maiꝫ iuſticie offenſe dei ¶ Nona ratio eſt quia ſi ſpeculeris diuerſitatem et periculum temptacionum carnis mundi et dyaboli conaberis ad aſſumendum maiorem firmitatem et altitudinem in omni virtute quam vmq̄ꝫ feceris ut poſſis in maiori ſecuritate contradictas temptaciones ¶ Decima ratio eſt quia ſi cogitas diſtrictum iudiciũ dei finale et cum quo apparatu bonorum opm̄ et cum qua ſatiſfaccione de offenſis dei debes venire ad dictũ iudicium videbis quod parum eſt quod feciſti pro bona opera vel per pniãꝫ ſm quod facẽ debuiſſes ¶ Vndecimã ratio eſt quia ſi cogitas breuitatem vite tue et neceſſitatem tue mortis indubie poſtquam non habebis ſpacium faciendi opera meritoria vel pniãꝫ cognoſces quod cũ maiori corde et ſtudio deberes facere bona opera et pniãꝫ quã nunc facis ¶ Duodecima ratio eſt quia ſi aduertas qualiter ſi incipias bonã vitãꝫ in quouis gradu ſine conamine et deſiderio aſcendendi in maiorem et altiorẽ vitãꝫ non pt eẽ ſine fundamento pſumpcionis et ſuperbie huius quod incepiſti nec pt eẽ ſine incluſione magne tepiditatis et negligencie et ex quo hec duo mala includitur non pt eẽ ſine magno periculo veniendi in multa vicia ſpiritualia non dubium quod ſi velis dictorum malorum eẽ lib et immunis quantumcumqꝫ altãꝫ vitãꝫ inceperis tu conaberis ad aſcendendum in altiorẽ vitã et perfectiorem ¶ Tredecima ratio eſt quia ſi cogitas abiſſalia iudicia dei facta ſuper aliquos qui diu perſeuerauerant in magna ſanctitate et pfectione ſic quod deus eos deſerebat pter aliqua occulta vicia que nõ cre debant habere non dubium quod quantumcumqꝫ altãꝫ vitãꝫ inceperis omni die eleuabis tuas affectiones et intenciones deſerendo omne viciũ plus quam feceras ante appropinquãdo ad perfectãꝫ et integrãꝫ ſanctitatẽ timendo ne forte ſit inte aliquod viciũ occultum pter quod ſis dignus deſeri a deo ¶ Quartadecima ratio eſt quia ſi recogites penas

infernales dampnatorum paratas pctato-
ribus cunctis credo q leuis erit tibi omnis
pena et omnis humilitas paupertatis vita pñu
et omnis labor quem in vita ista propter deū
possis sustinere ut euadas penas supradictas
et conaberis continue ad tenendum altio-
rem et perfectiorem vitam timendo periculū
ueniendi ad penas illas ¶ Predicte vero ra-
tiones plus in breui tacte sunt q explicate
nec addiscas in paucis magna cogitare sic
q quelibet racio sit tibi materia consideracōis
spatiose Attamen scias q si velis proficere cum
dictis racionibus debes eas formare nō solum
per intellectum primo est necessariū per quod affec-
tionem moueas tuam voluntatem ad hoc q dic-
tant ipse raciones Et nota q conclusio cuiusli-
racionis debet esse in duobus primo in sentime-
to proprie imperfectōis et vilificacionis. deinde in de-
siderio et conamine ueniendi in altiorem vitā
et maiorem perfectōm sic q non sit sentimentū
proprie imperfectionis et vilificacionis sine deside-
rio et conamine maioris perfectionis et vite
altioris nec maior perfectio et altior vita sine
sentimento proprie imperfectionis et vilificacionis

Domine ihesu xpe mitis et humilis cor-
de funda cor meum in vera humilita-
te et excludе a me omnem motum presumpci-
onis et superbie ut nunquam visiones desiderem
aut reuelaciones nec per aliquas seducar
temptaciones spirituales que me ducere q
quomodo possent in errores Fac me domine
piissime cottidie ad opera virtutum ascen-
dere et semper in bono proficere aut continue
in altiorem vitam tendere et suspirare ut sic
vigilando et sollicite agendo ad incertū tuū
aduentum me valeam preparare amen De ex-
pectacione aduentus dni et de posicionibus
signis aduentus eius z consumacionis scli

Postquam ergo dominus crucif-
ixorum et piorum nemi-
nit consequenter horum reme-

dium subdit quod est oracio premeditata ac
vigil et assidua vnde in paralip. Cum ign-
ramus q agere debeamus hoc solum habe-
mus residui ut oculos nros dirigamus ad
te Prima enim dixerat dominus de futuro su-
o aduentu qui subito veniet et cuius tempus
certum latet sollicitos nos vult esse et dispo-
sitos ne dies nos inueniat imparatos Inter
cetera aut que …nos preparant ut securi et
digne aduentum domini expectemus est
oracionis sedulitas et assiduitas ut iusti iu-
dicis iram imploremus et orantis humilitas
ut iudicem per humilitatem flectamus et
eius rigorem temperemus quia ei humilium semp
placuit oracio vnde in Eccl. oracio humiliantis
se nubes penetrabit et donec appropinquet
non consolabitur et non discedet donec as-
piciat altissimus Oracio aut superborum
exaudiri non meretur Orans enim defectum
proprium confitetur quod superbie repugnat
quia defectū suum magis celare q prodere
affectat ¶ Docet ergo dominus qui oportet
vigiter et semper orare et semper orare et ab
oracione non deficere quia multum valet o-
racio iusti assidua Sz quis pt semper orare
Ergo hoc intelligendum est aut de cottidi-
anis horis canonicis iuxta ritū ecclie con-
stitutis ut oremus semper scz pro tempore et ho-
ris debitis et sic semper non importat continu-
itatem temporis quia oportet interrumpi tempore
dormicionis et quarundam necessitatum corpo-
ris sz importat instanciam oracionis temporibus
et horis ad hoc congruis Aut certe q quid
iustus facit et dicit secundum deum ad o-
racōm est reputandum Nam semper orat q
semper bene facit seu in bono perseuerat nec
desinit orare nisi cum desinit iustus esse
Orat enim nō solum lingua sz et corde et cogi-
tacio desiderium sensus manus oculi et
omnis operacio bona hec enim si orare cessa-
uerint omnis lingue oracio inutilis est